

drea Rubi Iudicis. Iohannis puplici eiusdem terre notarii et testium *etc.* Cernens devotionem et dilectionem quam erga religiosos viros. fratrem. Deodatum venerabilem abbatem Monasterii Montis Sacri fratrem Andream priorem Claustri ipsius Monasterii. fratrem Antonium. fratrem Angelum. fratrem Iacobum. fratrem Palmerium et totum conventum eiusdem Monasterii ac eundem Monasterium gero et habeo et in antea habere propono dante domino in futurum. Astante mecum in hiis omnibus causa ecclesiastici honoris ut moris est Helia de Iudice Mathia de eadem terra Rubi. pro avvocato meo. A presenti offero me predicto Monasterio. et eidem Monasterio dono pro remedio anime mee vineam unam meam de vitibus quadraginalibus. quam habeo in tenimento Rubi in loco Macleti per fines infra notatos usufructu tamen predictae vineae mihi dum vixero reservato. post mortem vero meam predicta vinea ad dominium predicti Monasterii deveniat. Reliquis bonis meis omnibus stabilibus et mobilibus penes me restantibus ad faciendum de eis exinde velle meum *etc.* predicto abbate Monasterii Montis Sacri eandem oblationem astante secum in omnibus hiis Santoro de Magistro Iacobo de Rubo pro avvocato nomine et pro parte dicti Monasterii. Guadium quoque et me ipsum cum predicta Iuris sollempnitate mediatorem et fideiussorem predicto abbati. et monasterio do *etc.* Contra que si fecerimus Augustales auri viginti ego vel mei heredes eidem Monasterio pene nomine solvamus. et totidem parti Curie *etc.* Est autem predicta vinea per fines suos. ab oriente iuxta vineas Helie de Iudice Mathia ab occidente iuxta terras Curie. A meridie iuxta vineas cite pansie a septentrione iuxta vineas Alamagne neptis mee. Unde ad futuram memoriam *etc.* facta sunt duo consimilia Instrumenta istud ad habendum predicto abbati et conventui; et aliud penes me retinendum pro mei cautela, per manus predicti Iohannis puplici Rubi notarii qui Interfuit signo suo solito si-